Antronius *had* the firſt *Place*, but *that* I *ſat* upon his right Hand, *as* an extraordinary Perſon. O*ver againſt* Antronius *Orthrogonus*; Verpius *ſat by* Orthrogonus; *Strategus*, by Nation *a Greek*, by Verpius. *His eldeſt* Son *ſat on*

*Græcus*, Verpio. *Natu major* filius *aſſidebat* ſiniſter Antronio. *Si* quis *conviva* acceſſit, *locus* dabatur *pro dignitate.* Primum *erat* minimum *periculi* vel *diſcriminis* de jure; *niſi quod* fragmenta *caſei* bubulini *natabant* in diſcis *procerum.* Cæterum *quoddam* vallum *fiebat* ex *ferme* quatuor *phialis* vini *aquæque*, ut *nemo* poſſet *attingere* quod *erat* appoſitum, *præter tres*, ante quos *patina* ſtabat; *niſi* quis *ſuſtinuiſſet* eſſe *impudentiſſimus*, et *tranſilire* ſepta. *Nec* tamen *ea patina manebat* diu; *ſed* tollebatur *mox*, ut *aliquid* ſupereſſet *familiæ*.

the left Hand of Antronius. *If* any *Gueſt* came in, *a Place* was given him *according to his Worth*. Firſt *there was* very little *of Danger* or *Hazard* as to the Broth; *but that* Pieces *of Cheeſe* made of Cow's Milk *ſwam* in the Diſhes *of the great Folks.* But *a certain* Rampart *was made* out of *commonly* four *Vials* of Wine *and Water*, that *no body* could *touch* what *was* ſerved up, *beſides three*, before whom *the Diſh* ſtood; *unleſs* any one *would have endured* to be *very impudent*, and *to leap over* the Hedge. *Nor* yet *did that Diſh ſtay* long, *but* was taken away *preſently*, that *ſomething* might be left *for the Family*.

A. Quid *igitur* edebant reliqui?

What *then* did the reſt eat?

B. Deliciabantur *ſuo more*.

They feaſted *after their Faſhion*.

A. Qui?

How?

B. Macerabant *illum* argillaceum *panem* vino *vetuſtiſſimæ* fæcis.

They ſoaked *that* Clay *Bread* in Wine *of very old* Dregs.

A. Tale

A. Tale *convivium* oportuit eſſe *perbreve*.

Such *a Feaſt* muſt have been *very ſhort*.

B. Frequenter *prolixius* hora.

Often *longer* than an Hour.

A. Qui potuit?

How could it?

B. Sublatis *mox*, ut *dixi*, quæ *non carebant* periculo, *caſeus* apponebatur, *unde* erat *nullum* periculum, *ne* quiſquam *abraderet* quidquam *eſcario cultello*. Illa *præclara* fæx *manebat*, et *ſuus cujuſque panis*. Atque *fabulæ* miſcebantur *tuto* inter *hæc bellaria*. Interim *ſenatus* fœminarum *prandebat*.

Theſe Things being taken away *preſently*, as *I ſaid*, which *did not want* Danger, *the Cheeſe* was ſet on, *from whence* there was *no* Danger, *leſt* any one *ſhould ſcrape* any Thing *with an eating Knife*. That *famous* Dregs *ſtaid*, and *every one's Bread*. And *Stories* were mixed *ſafely* amongſt *theſe Sweetmeats*. In the mean Time *the Parliament* of Women *dined*.

A. Quid *operæ* interim?

What did *the Work Folks* in the mean Time?

B. Habebant *nihil* commune *nobiſcum*; prandebant *ac* cœnabant *ſuis horis*.

They had *nothing* common *with us*; they dined *and* ſupped *at their own Hours*.

A. Verum *cujuſmodi*, apparatus?

But *of what Sort* was the Proviſion?

B. Iſtuc *eſt* tuum *divinare*.

That *is* your Part *to gueſs*.

A. At

A. At *hora* vix ſufficit *Germanis* in jentaculum, *tantundem* in merendam, *ſeſquihora* in prandium, *duæ* horæ *in cœnam*; ac *niſi* expleantur *affatim* eleganti *vino*, bonis *carnibus* ac *piſcibus*, deſerunt *patronum*, ac *fugiunt* in bellum.

But *an Hour* hardly ſuffices *the Germans* for Breakfaſt, *as much* for Drinking, *an Hour and a Half* for Dinner, *two* Hours *for Supper*; and *unleſs* they be filled *plentifully* with fine *Wine*, good *Fleſh* and *Fiſh*, they forſake *their Maſter*, and *fly* into the War.

B. Cuique genti eſt *ſuus mos*. Itali *impendent* minimum *gulæ*, malunt *pecuniam* quam *voluptatem*; et *ſunt* ſobrii *natura* quoque, *non* ſolum *inſtituto*.

Every Nation has *its own Way*. The Italians *beſtow* very little *upon the Throat*, they had rather have *Money* than *Pleaſure*; and *they are* ſober *by Nature* too, *not* only *by Cuſtom*.

A. Nunc *profecto* non miror *te rediiſſe* nobis *tam exilem*, ſed *demiror* te rediiſſe *omnino vivum*, *præſertim* cum *aſſueviſſes* antea *capis*, perdicibus, *turturibus*, et *phaſianis*.

Now *truly* I do not wonder *that you are returned* to us *ſo thin*, but *I wonder* that you are returned *at all* alive, *eſpecially* when *you were accuſtomed* before *to Capons*, Partridges, *Pigeons*, and *Pheaſants*.

B. Plane perieram, *niſi* remedium *repertum fuiſſet*.

I had certainly periſhed *unleſs* a Remedy *had been found it*.

A. Res *male agitur*, ubi *eſt* opus *tot* remediis.

The Matter *is ill managed*, where *there* is *Need of ſo many* Remedies.

B. Effeceram *ut* quarta *pars* pulli *elixi* daretur *mibi* jam *langueſcenti*, in ſingula convivia.

I had prevailed *that* a fourth *Part* of a Pullet *boiled* ſhould be given *me* now *languiſhing*, for every Meal.

A. Nunc *incipies* vivere.

Now *you will begin* to live.

B. Non *admodum*. Exiguus pullus *emebatur*, ne *multum* impenderetur; *cujuſmodi* ſex *non ſufficerent* uni Polono *boni ſtomachi* in jentaculum. *Nec dabant cibum* empto, *ne eſſet quid* impendii. *Quare* ala *aut* poples *enecti* macie, *et* ſemivivi coquebatur. *Jecur* dabatur *filio* Orthrogoni *infanti*. Mulieres autem *ebibebant* jus *ſemel* atque *iterum*, nova *aqua* infuſa *ſubinde*. Itaque *poples* veniebat *ad me* ſiccior *pumice*; et *inſipidior* quovis *putri* ligno. *Jus* erat *nihil* niſi *mera* aqua.

Not *very much*. A ſmall Pullet *was bought*, leſt *much* ſhould be expended; *of which Sort* ſix *would not ſuffice* one Polander *of a good Stomach* for Breakfaſt. *Nor did they give Meat* to it when bought, *that there might not be any Thing* of Charge. *Wherefore* a Wing or a Leg of it *mortified* with Leanneſs, *and* Half alive was boiled. *The Liver* was given *to the Son* of Orthrogonus *an Infant*. But the Women *ſupped of* the Broth *once* and *again*, new *Water* being poured in *now and then*. Wherefore *the Leg* came *to me* drier *than a Pumice-Stone*, and *more inſipid* than any *rotten* Wood. *The Broth* was *nothing* but *mere* Water.

A. Et *tamen* audio *genus avium* eſſe *illic* copioſiſſimum, *et* elegans *et* vile.

And *yet* I hear *that* Fowl is *there* very plentiful, *and* fine *and* cheap.

| | |
|---|---|
| B. Eſt *prorſus*, ſed *pecunia* eſt *carior* illis. | It is *indeed*, but *Money* is *dearer* to them. |
| A. Dediſti ſatis pœnarum; *etiamſi* occidiſſes *Romanum* pontificem, *aut* ſi *minxiſſes* ad ſepulchrum *divi* Petri. | You have ſuffered Puniſhment enough, *although* you had killed *the Roman* Pontiff, *or* if *you had piſſed* againſt the Sepulchre *of* *St*. Peter. |
| B. Sed *audi* reliquum *fabulæ*. Scis *eſſe* in quaqua *hebdomada* quinque *dies*, quibus *veſcimur* carnibus. | But *hear* the reſt *of the Story*. You know *there are*, in every *Week* five *Days*, upon which *we eat* Fleſh. |
| A. Nimirum. | Yes. |
| B. Itaque *emebant* duntaxat *duos* pullos. *Die Jovi* fingebant *ſe* oblitas *emere*, ne *vel opponerent* totum *pullum* eo die, *vel* aliquid *ſupereſſet*. | Wherefore *they bought* only *two* Pullets. *On Thurſday* they pretended *they* forgot *to buy one*, leſt *either they ſhould ſerve up* a whole *Pullet* that Day, *or* ſomething *ſhould be left*. |
| A. Næ *iſte* Antronius *ſuperat* Plautinum *Euclionem*. Sed *qua remedio* conſulebas *vitæ* piſcariis diebus? | Truly *that* Antronius *outdoes* Plautus's *Euclio*. But *by what Remedy* did you provide *for Life* on Fiſh Days? |
| B. Dederam *negotium* cuidam *amico*, ut *emeret* tria *ova* mihi *meo ære* in ſingu- | I gave *a Charge* to a certain *Friend*, that *he ſhould buy* three *Eggs* for me *with my own Money* for |

los dies, *duo* in prandium, *unum* in cœnam. *Sed* heic *quoque* fœminæ *pro* recentibus *care* emptis *ſupponebant* ſemiputria *Ut* crederem *præclare mecum actas*, ſi *eſſet* unum *ex tribus* quod *poſſet* edi. *Tandem* emeram *ut* utrem *purioris* vini *mea pecunia*; cæterum *mulieres* affracta *ſera*, intra paucos dies *exſorbuerunt*, Antronio *non admodum irato*.

every Day *two* for Dinner, *one* for Supper. *But* here *likewiſe* the Women *for* freſh ones *dear*-bought *put me* half rotten ones. *That* I thought *they dealt well with me, if there was* one *of three* that *could* be eaten. *At length* I bought *likewiſe* a Cagg *of purer* Wine *with my own Money*; but *the Women* having broken *the Lock*, in a *few* Days *draw it off*, Antronius *was being very angry*.

A. Itane, *nullus erat* illic, *qui miſereſceret* tui?

Ay, *was there none* there *that pitied* you?

B. Miſereſceret! *Imo* videbar *illis* quiſpiam *gluto* et *balluo*, qui *unus* devorarem *tantum* ciborum. *Itaque* Orthrogonus *admonebat* me *ſubinde*, ut haberem *rationem* ejus regionis; *et* conſulerem *meæ* incolumitati; *et* commemorabat *aliquot* noſtrates, *quibus* edacitas *conciliaſſet* illic *aut* mortem, *aut* aliquem *graviſſimum* morbum.

Pitied! *Nay* I *ſeemed to them* ſome *Glutton*, and *a Gormandizer*, who *alone* devoured *ſo much* Meat. *Therefore* Orthrogonus *adviſed* me *now and then* to have *a Regard* to that Country, *and* take care of *my* Security; *and* he mentioned *ſome* of our Countrymen, *upon whom* Gluttony *had brought* there *either* Death, *or* ſome *very grievous* Diſtemper. *When* he *ſaw* me prop up *my poor Body* with ſome *Dainties*

Cum is videret me ſolicitè corpuſculum quibuſdam deliciis, quas pharmacopolæ venditant illic ex pineis nucleis, aut peponum, melonumque, fractum, et aſſiduis laboribus, et inedia, et jam etiam morbo, ſubornat medicum, amicum mihi ac familiarem, ut perſuadeat moderationem victus. Egit hoc mecum diligenter; moxque ſenſi ſubornatum, nec reſpondi tamen. Cum ageret idem mecum accuratius, nec faceret finem admonendi, Dic mihi, inquam, egregie vir, loquerisne iſtæc ſerio an joco? Serio, inquit. Quid igitur ſuades ut faciam? Abſtine, a cœnis in totum; et adde vino, ut minimum, dimidium aquæ. Riſi præclarum conſilium. Si cupis me extinctum, eſſet mors huic corpuſculo, et raro et exili, et ſubtiliſſimis ſpiritibus, abſtinere vel ſemel a cœna. Habeo id compertum toties ipſa re,

which *the Apothecaries* ſell *there* of Pine Kernels, *or* of Cucumbers, *and Melons*, being broken *both* with continual *Fatigues* and *Faſting*, and *now* alſo *with a Diſtemper*, he procures *a Doctor*, a Friend *to me* and *Acquaintance*, to perſuade me to *a Moderation* of Diet. *He treated upon* this *with me* diligently; *and preſently* I perceived, *he was put upon it*, yet I did not anſwer. *When* he treated upon *the ſame thing* with me *more accurately*, and did not make an End *of adviſing me*, Tell *me*, ſay I, *excellent Sir*, do you ſay *thoſe Things* in Earneſt, *or* in Jeſt? *In Earneſt*, ſays he. *What* then *do you adviſe me* to do? *Abſtain* from Suppers *altogether*; and *add* to your Wine, *at leaſt*, half *Water*. I laughed at *his famous Advice*. If *you deſire to have me dead*, it would be *Death* to this poor Body, *both* thin *and* ſpare, *and* of very ſubtile *Spirits*, to abſtain *but once* from Supper. *I have found that* ſo often *by Experience*, that *I have no Mind* to try *again*. And what *do you think*

*at*

ut *non libeat* experiri *iterum*. Quid autem *cenſes* futurum, *ſi* ſic pranſus *temperem* à cœna? *Et* jubes *aquam* addi *tali vino*? Quaſi *non præſtaret* bibere *puram* aquam *quam* fœculentam. *Nec* dubito *quin* Orthrogonus *juſſerit* te *loqui* hæc. *Medicus* ſubriſit, *ac* mitigavit *conſilium*. Non loquor *hæc*, inquit, *doctiſſime* Gilberte, *quod* arceam *te* a cœnis *in totum*; licebit *guſtare* ovum *et* bibere *ſemel*, ſic enim *ipſe vivo*. Ovum *coquitur* in cœnam, *capio* inde *dimidium* vitelli, *do* reliquum *filio*, mox *hauſto* ſemicyatho *vini*, ſtudeo *in multam noctem*.

would be, *if* when I have ſo dined *I ſhould abſtain* from Supper? *And* do *you* order *Water* to be added *to ſuch Wine*? As tho' *it were not better* to drink *pure* Water *than* dreggy. *Nor* do I doubt *but* Orthrogonus *bid you ſay* this. *The Doctor* ſmiled, *and* qualified *his Advice*. I do not ſay *theſe Things*, quoth he, *moſt learned* Gilbert, *that* I would reſtrain *you* from Suppers *altogether*; you may *taſte* an Egg, *and* drink *once*; for ſo *I myſelf live*. An Egg *is boiled* for Supper, *I take* from hence *half* of the Yolke, *I give* the reſt *to my Son*, by and by *having drank* half a Glaſs *of Wine*, I ſtudy *'till late at Night*.

A. Num medicus prædicabat *iſthæc* vera?

Did the Doctor ſay *theſe Things* truly?

B. Veriſſima. *Nam* ipſe *ambulans* forte *per viam* redibam *a ſacro*, et *comes* admonuerat *medicum* habitare *illic*; libuit *videre* illius *regnum*; erat *autem dominicus*

Very truly. *For* I myſelf *walking* by Chance *along the Street*, was coming *from Prayers*; and *my Companion* had told me *that the Doctor* lived *there*; I had a Mind *to ſee* his *Kingdom*, and it was *the*

dies: *pulſavi* fores, *apertæ ſunt*; aſcendi; *offendo* medicum *prandentem* cum filio, *et* eodem *famulo*: apparatus *erant* duo *ova*, nihil *præterea*.

*Lord's* Day: *I knocked* at the Door, *it was opened*; I went up, *I find* the Doctor *dining* with his Son, *and* the ſame *his Servant*: The Proviſion *was* two *Eggs*, nothing *beſides*.

A. Homines oportuit eſſe *exſangues*.

The Men muſt have been *void of Blood*.

B. Imo *ambo* erant *pulchre habito* corpore, *vivido* ac rubido colore, lætis oculis.

Nay *both* were *of a good like* Body, *of a lively* and ruddy *Colour*, with chearful Eyes.

A. Eſt *vix* credibile.

It is *ſcarce* credible.

B. At *ego narro* compertiſſima. *Nec* ille ſolus vivit *ad iſtum modum*, ſed *complures* alii, *et* clare imaginibus, *et* re lauta. *Polyphagia* et *polypoſia*, crede *mihi*, eſt *res* conſuetudinis, *non* naturæ. *Si* quis *aſſueſcat* paulatim, *proficiet* eo *tandem*, ut *faciat* idem *quod* Milo, *qui* abſumpſit *totum* bovem *eodem* die.

But *I tell you* Things I know very well. *Nor* does he alone live *after that Manner*, but *many* others *both* nobly deſcended, *and* of a good Eſtate. *Much Eating* and much *Drinking*, believe *me*, is *a Thing* of Cuſtom, *not* Nature. *If* any one *would uſe himſelf* by Degrees, *he would improve* to that Degree *at laſt*, that *he might do* the ſame *that* Milo did, *who* eat up *a whole* Ox *in the ſame* Day.

A. Immortalem Deum! *Si licet tueri* valetudinem

Immortal God! *If* it be poſſible *to maintain*

letudinem *tam parvo* victu, *quantum* impendiorum *perit* Germanis, *Anglis*, Danis, *et* Polonis?

one's Health *with ſo little* Victuals, *how much* Charge *is loſt* by the Germans, *Engliſh*, Danes, *and* Poles;

B. Plurimum *haud dubie*, et *quidem* non *ſine* gravi *detrimento* tum *valetudinis*, tum *ingenii*.

Very much *no Doubt*, and *indeed* not *without* grievous *Prejudice* both *to the Health*, and alſo *to a Man's Parts*.

A. Sed *quid* obſtabat *quo minus ille victus ſufficerit* tibi?

But *what* hindered *that Diet would not ſuffice* you?

B. Quia *aſſueveram* diverſis, *et* erat *ſerum* jam *mutare* conſuetudinem; *quanquam* exiguitas *ciborum* non tam offendebat *me*, quam *corruptio*. Duo *ova* poterant *ſufficere*, ſi *fuiſſent* recens *nata*: cyathus *vini* erat *ſatis*, niſi *vapida* fæx *daretur* pro vino: *dimidium* panis *aluiſſet*, niſi *argilla* daretur *pro pane*.

Becauſe *I had been accuſtomed* to different Things, *and* it was *too late* then *to change* a Cuſtom; *altho'* the ſmall Quantity *of the Victuals* did not ſo much offend *me* as *the Corruption*. Two *Eggs* might *have ſufficed*, if *they had been* new *laid*: A Glaſs *of Wine* was *enough*, but that *dead* Dregs *was given me* for Wine: *Half* a Loaf *would have fed me*, but that *Clay* was given me *for Bread*.

A. Antronium *eſſe* adeo *ſordidum* in tantis opibus!

That Antronius *ſhould be* ſo *ſordid* in ſo much Wealth.

B. Arbitror *ejus cenſum* non fuiſſe *in-*

I believe *his Eſtate* was not *leſs than* eighty *thou-*

*tra*

*tra* octoginta *millia* ducatorum. *Nec* erat *ullus* annus, *quo* lucrum *mille* ducatorum *non accederet*, ut dicam *parciſſime*.

*ſand* Ducats. *Nor* was there *any* Year, *in which* the Gain *of a thouſand* Ducats *was not added to it*, to ſpeak *very ſparingly*.

A. Sed *num* juvenes illi, *quibus* hæc *parabantur*, utebantur *eadem* parſimonia?

But *whether or no* did the young Men, *for whom* this *was provided*, uſe *the ſame* Frugality?

B. Utebantur; *ſed* domi *duntaxat*, foris *liguriebant*, ſcortabantur, *ludebant* alea. *Cumque* pater *gravaretur* impendere *teruncium* in gratiam *honeſtiſſimorum* convivarum, *juvenes* perdebant *interdum* ſexaginta *ducatos* una nocte *alea*.

They did uſe it; *But* at Home *only*, abroad *they fared daintily*, whored, *played* at Dice. *And whereas* the Father *thought much* to expend *a Farthing* on the Account *of the moſt honourable* Gueſts, *the young Fellows* loſt *ſometimes* ſixty *Ducats* in one Night *at Dice*.

A. Sic *ſolent* perire *quæ* corraduntur *ſordibus*. Verum incolumis *e tantis* periculis, *quo* te confers?

So *that uſes* to be loſt, *which* is ſcraped together *by Covetouſneſs*. But now that you are eſcaped *out of ſo great* Danger, *whither* do you betake yourſelf?

B. Ad vetuſtiſſimum *contubernium* Gallorum, *ſarturus* quod diſpendii *factum eſt* illic.

To a very old *Club* of French Men, *to make up* what Loſs *I ſuffered* there.

# DILUCULUM.

A. HODIE *volebam* te conventum, *ſed* negabaris *eſſe* domi.

TO-DAY *I was deſirous* to have met with you, *but* you were denied *to be* at Home.

B. Non mentiti ſunt *omnino*. Non eram *quidem* tibi, *ſed* eram *tum* mihi maxime.

They did not lye *altogether*. I was not *indeed* for you, *but* I was *then* for myſelf very much.

A. Quid *ænigmatis* eſt *iſtud*?

What *Riddle* is *that*?

B. Noſti *illud* vetus *proverbium*, Non dormio *omnibus*. Nec *jocus* Naſicæ *fugit te* cui volenti *inviſere* familiarem *Ennium*, cum *ancilla* juſſu *heri*, negaſſet *eſſe* domi: *Naſica* ſenſit *et* diſceſſit. *Cæterum* ubi *Ennius* viciſſim *ingreſſus* domum *Naſicæ*, rogaret *puerum* num *eſſet*

You know *that* old *Proverb*, I do not ſleep *for all Men*. Nor *does the Jeſt* of Naſica *eſcape you* to whom deſirous *to viſit* his Friend *Ennius*, when *the Maid*, by the Order *of her Maſter*, denied *that he was* at Home; *Naſica* perceived it, *and* departed. *But* when *Ennius* in his Turn *entering* the Houſe *of Naſica*, aſked *the Boy* in

intus, *Naſica* clamavit *de conclavi*, inquiens, *Non ſum* domi. *Quumque* Ennius *agnita* voce *dixiſſet*, Impudens, *non agnoſco* te *loquentem?* Imo, *inquit* Naſica, *tu* impudentior, *qui* non habes *fidem* mihi, *cum* ego *crediderim* tuæ ancillæ.

whether *he was* within, *Naſica* ſhouted *from the Parlour*, ſaying, *I am not* at Home. *And when* Ennius *knowing* his Voice *ſaid*, You impudent Fellow, *do not I know* you *ſpeaking?* Nay, *ſays* Naſica, *you are* more impudent, *who* do not give *Credit* to me, *whereas* I *truſted* your Maid.

A. Eras *fortaſſe* occupatior.

You were *perhaps* buſy.

B. Imo *ſuaviter* otioſus.

Nay *ſweetly* idle.

A. Rurſum *torques* ænigmate.

Again *you trouble me* with a Riddle.

B. Dicam *igitur* explanate. *Nec* dicam *ficum* aliud *quam* ficum.

I will tell you *then* plainly. *Nor* will I call *a Fig* any Thing elſe *than* a Fig.

A. Dic.

Tell me.

B. Altum dormiebam.

I was faſt aſleep.

A. Quid ais? *Atqui* octavo *hora* præterierat *jam*, cum *ſol* ſurgat *hoc menſe* ante quartam.

What ſay you? *But* the eighth *Hour* had paſſed *then*, whereas *the Sun* riſeth *this Month* before the fourth.

B. Li-

B. Libertum eſt *ſoli* per me *quidem* ſurgere *vel* media nocte, *modo* liceat *mihi* dormire *uſque* ad ſatietatem.

A. Verum *utrum* iſtuc accidit *caſu*, an *eſt* conſuetudo?

B. Conſuetudo *prorſus*.

A. Atqui *conſuetudo* rei *non* bonæ *eſt* peſſima.

B. Imo *nullus* ſomnus *eſt* ſuavior *quam* poſt ſolem exortum.

A. Qua hora *tandem* ſoles *relinquere* lectum?

B. Inter *quartam* et *nonam*.

A. Spatium *ſatis amplum*. Reginæ *vix* tot horis comuntur, *ſed* unde *veniſti* in iſtam conſuetudinem?

B. Quia *ſolemus* proferre *convivia* luſus, *et* jocus *in multam noctem*. Penſa-

It is free *for the Sun* for me *indeed* to riſe *even* at Midnight, *ſo that* it be allowed *me* to ſleep *to* Satisfaction.

But *whether* did that happen *by Chance*, or *is it* a Cuſtom?

Cuſtom *entirely*.

But *the Cuſtom* of a Thing *not* good *is* very bad.

Nay *no* Sleep *is* pleaſanter *than* after the Sun is riſen.

What Hour *at laſt* do you uſe *to leave* your Bed?

Betwixt *the fourth* and *the ninth*.

Time *long enough*. Queens *hardly* are ſo many Hours a dreſſing, *but* how *came you* into that Cuſtom?

Becauſe *we uſe* to prolong *Feaſts*, Games, *and* Jeſts *'till late at Night*. We make up

mus

mus *id diſpendii* matutino ſomino.

*that Loſs* by Morning Sleep.

A. Vix unquam vidi *hominem* perditius *prodigum* te.

I ſcarce ever ſaw *a Man* more perniciouſly *prodigal* than you.

B. Videtur *mihi* parſimonia *magis* quam *profuſio*. Interim *nec abſumo* candelas, *nec* detero *veſtes*.

It ſeems *to me* Frugality *rather* than *Prodigality*. In the mean Time *I neither conſume* Candles, *nor* wear *Cloaths*.

A. Præpoſtera *frugalitas* quidem *ſervare* vitrum *ut* perdas *gemmas*: Ille *philoſophus* aliter ſapuit, *qui* rogatus *quid* eſſet *pretioſiſſimum*, reſpondit *tempus*. Porro *cum* conſtet *diluculum* eſſe *optimam* partem *totius* diei, *tu gaudes* perdere *quod* eſt *pretioſiſſimum* in pretioſiſſima re.

Prepoſterous *Frugality* indeed *to ſave* Glaſs *that* you may loſe *Jewels*. That *Philoſopher* was otherwiſe minded, *who* being aſked *what* was *the moſt precious Thing*, anſwered *Time*. Moreover, *ſince* it is agreed *that the Morning* is *the beſt* Part *of the whole* Day, *you love* to loſe *what* is *the moſt precious* in the moſt precious Thing.

B. An hoc perit *quod* datur *corpuſculo*?

Is that loſt, *which* is given *to the Body*?

A. Imo *detrahitur* corpuſculo, *quod* tum *ſuaviſſime afficitur*, maximeq; vegetatur, *cum* reficitur *tempeſtivo* moderatoq; *ſomno*, et *corroboratur* matutina vigilia.

Nay *it is taken* from the Body, *which* then *is moſt ſweetly affected*, and moſt of all recruited, *when* it is refreſhed *with ſeaſonable* and moderate *Sleep*, and *is ſtrengthened* with Morning Watching.

B. Sed

B. Sed eſt *dulce* dormire.

But it is *pleaſant* to ſleep.

A. Quid *poteſt* eſſe *dulce* ſatienti *nihil?*

What *can* be *pleaſant* to one that perceives *nothing?*

B. Hoc *ipſum* eſt *dulce* ſentire *nihil* moleſtiæ.

This *very Thing* is *pleaſant* to perceive *nothing* of Trouble.

A. Atqui *ſunt* feliciores *iſto nomine*, qui *dormiunt* in ſepulchris; *nam* nonnunquam *inſomnia* ſunt *moleſta* dormienti.

But *they are* more happy *in that Reſpect* who *ſleep* in their Graves; *for* ſometimes *Dreams* are *troubleſome* to a Man aſleep.

B. Aiunt *corpus* ſaginari *maxime* eo ſomno.

They ſay *that the Body* is fattened *moſt of all* with that Sleep.

A. Iſta *eſt* ſagina *glirium*, non *hominum*. Animalia *quæ* parantur *epulis* recte ſaginantur. *Quorſum attinet* homini *accerſere* obeſitatem, *niſi* ut *incedat* onuſtos *graviore* ſarcina? *Dic* mihi, *ſi* haberes *famulum* utrum *malles* obeſum, *an* vegetum *et* habilem *ad omnia munia?*

That *is* the Fattening *of Dormice*, not *of Men*. Animals *that* are prepared *for Feaſts* are rightly fattened. *What ſignifies it* for a Man *to procure* Fatneſs, *but* that *he may go* loaded *with a heavier* Pack? *Tell* me, *if* you had *a Servant*, whether *you had rather have him* fat, *or* lively *and* fit *for all Services?*

B. *Atqui non ſum* famulus.

But *I am not* a Servant.

tantem *canta*; cum *elephantus* adoret *orientem* ſolem, *hominem* ſtertere *diu* poſt *exortum* ſolis? *Quoties* ille *aureus* ſplendor *illuſtrat* tuum *cubiculum*, nonne videtur *exprobrare* dormienti, *ſtulte*, quid *gaudes* perdere *optimam* partem *vitæ tuæ*? Non luceo *in hoc* ut *dormiatis* abditi, *ſed* ut *invigiletis* honeſtiſſimis rebus. *Nemo* accendit *lucernam*, ut *dormiat*, ſed *ut* agat *aliquid* operis: *et* nihil aliud quam ſtertis *ad hanc lucernam* pulcherrimam *omnium*?

Man ſhould ſnore *a long Time* after *the Riſing* of the Sun? *As often as* that *golden* Splendor *enlightens* your *Bed-Chamber*, does it not ſeem *to upbraid* you ſleeping, *thou Fool*, why *doſt thou love* to loſe *the beſt* Part *of thy Life*? I do not ſhine *for this* that *you may ſleep* in private, *but* that *you may mind* the moſt honourable Things. *No body* lights *a Candle* that *he may ſleep*, but *that* he may do *ſome* Work: *And* doſt thou nothing elſe but ſnore *by this Candle*, the fineſt *of all*?

B. Declamas *belle*.

You declaim *prettily*.

A. Non *belle*, ſed *vere*, Age, *non dubito* quin *audiveris* frequenter *illud* Heſiodeum, *parſimonia* eſt *ſera* in fundo.

Not *prettily*, but *truly*. Well, *I doubt not* but *you have heard* frequently *that* of Heſiod, *Sparing* is *too late* in the Bottom.

B. Frequentiſſime, *nam* vinum *eſt* optimum *in medio* dolio.

Very frequently, *for* Wine *is* the beſt *in the Middle* of the Caſk.

A. Atqui *prima* pars *in vita*, nimirum, *adoleſcentia*, eſt *optima*.

But *the firſt* Part *in Life*, to wit, *Youth*, is *the beſt*.

A. Pro-

| | |
|---|---|
| A. Profecto *ſic* eſt. | Truly *ſo* it is. |
| B. At *diluculum* eſt *hoc* diei, *quod* adoleſcentia *vitæ*. An non faciunt *igitur* ſtulte, *qui* perdunt *adoleſcentiam* nugis, *matutinas* horas *ſomno*? | But *the Morning* is *that* to the Day, *which* Youth is *to Life*. Do not they do *therefore* fooliſhly, *who* loſe *their Youth* in Trifles, *their morning* Hours *in Sleep*? |
| A. Sic *apparet*. | So *it appears*. |
| B. An eſt *ulla* poſſeſſio, *quæ* ſit *conferenda* cum *vita* hominis? | Is there *any* Poſſeſſion, *that* is *to be compared* with *the Life* of Man? |
| A. Ne *univerſa* gaza *quidem* Perſarum. | Not *all* the Treaſure *indeed* of the Perſians. |
| B. An non odiſſes *hominem* vehementer, *qui* poſſet *ac* vellet *decurtare* vitam *tibi* malis *artibus* ad aliquot annos? | Would you not hate *the Man* very much, *who* could *and* would *ſhorten* your Life *for you* by evil *Arts* for ſome Years? |
| A. Ipſe *mallem* eripere *vitam* illi. | I *had rather* take *his Life* from him. |
| B. Verum *arbitror* pejores *et* nocentiores, *qui* volentes *reddunt* vitam *breviorem* ſibi. | But I *think them* worſe *and* more miſchievous, *who* voluntarily *make* Life *ſhorter* to themſelves. |
| A. Fateor *ſi* quis *tales* reperiuntur. | I confeſs *if* any *ſuch are* found. |

B. Re-

B. Reperiuntur! *Imo* omnes *ſimiles* tui *faciunt* id.

Found! *Nay* all *like* you *do* that.

A. Bona verba.

Good Words.

B. Optima. *Reputa* ſic *cum* tuo animo, *nonne Plinius videtur* dixiſſe *rectiſſime*, vitam *eſſe* vigiliam, *et* hominem *vivere* hoc *pluribus* horis, *quo* majorem *partem* temporis *impenderit* ſtudiis? *Somnus enim* eſt *quædam mors*. Unde *et* fingitur *venire* ab inferis, *et* dicitur *germanus* mortis *ab Homero*. Itaque *quos* ſomnus *occupat*, nec cenſentur *inter vivos*, nec *inter mortuos*, ſed *tamen* potius *inter mortuos*.

Very good. *Think* thus *with* your Mind, *does not Pliny ſeem* to have ſaid *very rightly*, that Life *is* a Watch, *and* that Man *lives* ſo many *the more* Hours, *by how much* the greater *Part* of his Time *he ſpends* in his Studies? *For Sleep* is *a Sort of Death*. From whence *alſo* it is pretended *to come* from Hell, *and* is called *the Brother-german* of Death *by Homer*. Wherefore *thoſe whom* Sleep *ſeizeth* are neither though *amongſt the Living*, nor *amongſt the Dead*, but *yet* rather *amongſt the Dead*.

A. Ita *videtur* omnino.

So *it ſeems* indeed.

B. Nunc *ſubducito* rationem *mihi*, quantam *portionem* vitæ *reſecent* ſibi, *qui* ſingulis diebus *perdunt* tres *aut* quatuor *horas* ſomno.

Now *caſt up* the Account *for me*, how great *a Part* of Life *they cut off* from themſelves, *who* every Day *loſe* three *or* four *Hours* in Sleep.

A. Video *immenſam* ſummam.

I ſee *an immenſe* Sum.

B. Non-

B. Nonne haberes *alcumiſtam* pro deo, *qui* poſſet *adjicere* decem *annos* ſummæ *vitæ*, et revocare *provectiorem* ætatem *ad vigorem* adoleſcentiæ?

Would not you reckon *the Alchymiſt* for a God, *that* could *add* ten *Years* to the Sum *of your Life*, and call back *advanced* Age *to the Vigour* of Youth?

A. Quid ni haberem?

Why ſhould I not reckon him ſo?

B. Sed *potes* præſtare *hoc* tam *divinum* beneficium *tibi*.

But *you may* do *this* ſo *divine* a Benefit *to yourſelf*.

A. Quid ſic?

How ſo?

B. Quia *mane* eſt *adoleſcentia* diei, *juventus* fervet *uſque ad* meridiem. *Mox* virilis ætas, *cui* ſuccedit *veſpera* pro ſenecta; *occaſus* excipit *veſperam*, velut *mors* diei. *Parſimonia autem* eſt *magnum* vectigal, *ſed* nuſquam *majus* quam *heic*. An non igitur adjunxit *ſibi* ingens *lucrum*, qui *deſiit* perdere *magnam* partem *vitæ*, eamq; *optimam*?

Becauſe *the Morning is the Youth* of the Day, *Youth* keeps warm *'till* Noon. *By and by* the manly Age, *after which* comes *the Evening* for old Age; *Sun-ſet* ſucceeds *the Evening*, *as the Death* of the Day. *And Frugality* is a *great* Revenue, *but* no where *greater* than *here*. Has not he therefore procured *to himſelf* a great *Gain*, who *has ceaſed* to loſe *a great* Part *of his Life*, and that *the beſt*?

A. Prædicas vera.

You ſay true.

B. Proinde *eorum queremonia* videtur *ad-*

Wherefore *their Complaint* ſeems *very* impudent,

*dum*

*modum* impudens, *qui* accuſant *naturam*, quod finierit *vitam* hominis *tam anguſtis* ſpatiis, *cum* ipſi *ſponte* amputent *ſibi* tantum *ex eo* quod *datum eſt*. Vita *eſt* longa *ſatis* cuique, *ſi* diſpenſetur *parce*. Nec *eſt* mediocris *profectus*, ſi *quis* gerat *quæque* ſuo tempore. *A prandio* vix ſumus *ſemihomines*, cum *corpus* onuſtum *cibis* aggravat *mentem*. Nec *eſt* tutum *evocare* ſpiritus *ab officina* ſtomachi, *peragentes* officium *concoctionis* ad ſuperiora *multo* minus *a cæna*. At *homo* eſt *totus* homo *matutinis horis*, dum *corpus* eſt *habile* ad omne miniſterium, *dum* alacer *animus* viget, *dum* omnia *organa* mentis *ſunt* tranquilla *et* ſerena, *dum* particula *divinæ* auræ *ſpirat*, ut ait ille, *ac* ſapit ſuam originem, *et* rapitur *ad honeſta*.

A. Tu concionaris *quidem* eleganter.

*who* accuſe *Nature* for having bounded *the Life* of Man *within ſo narrow a* Compaſs, *when* they *of their own Accord* cut off *from themſelves* ſo much *of that* which *was given them*. Life *is* long *enough* for every one, *if* it be diſpoſed of *ſparingly*. Nor *is it* a mean *Proficiency*, if *a Man* does *every Thing* in its Time. *After Dinner* we are ſcarce *half Men*, when *the Body* loaded *with Meat* oppreſſes *the Mind*. Nor *is it* ſafe *to call off* the Spirits *from the Work-houſe* of the Stomach, *performing* the Offices *of Concoction* to the upper Parts, *much* leſs *after Supper*. But *a Man* is *wholly* Man *in the Morning Hours* whilſt *the Body* is *fit* for all Service, *whilſt* the chearful *Mind* is vigorous, *whilſt* all *the Organs* of the Mind *are* quiet *and* ſerene, *whilſt* the Particle *of divine* Air *breathes*, as a certain one ſays, *and* has a Tincture of its Original, *and* is carried out *to honourable Things*.

You preach *indeed* finely.

B. Fa-

B. Faber ærarius *ob* vile *lucellum* ſurgit *ante lucem*, et *amor* ſapientiæ *non poteſt* expergefacere *nos*, ut *audiamus* ſaltem *ſolem* evocantem *ad inæſtimabile* lucrum. *Medici* fere *non dant* pharmacum *niſi* diluculo, *illi* norunt *aureas* horas, *ut ſubveniat* corpori, *nos non novimus eas* ut locupletemus *et* ſanemus *animum?* Quod *ſi* hæc *habent* leve *pondus* apud te, *audi* quid *illa* cœleſtis *ſapientia* apud Solomonem *loquatur*. Qui *vigilaverint* ad me, *inquit*, mane *invenient* me. *In myſticis* pſalmis, *quanta* commendatio *matutini temporis?* Mane *propheta* extollit *miſericordiam* domini, *mane* ejus vox *auditur*, mane *ejus deprecatio* prævenit *dominum*. Et *apud Lucam* evangeliſtam *populus* expetens *ſanitatem* et *doctrinam* a domino *confluit* ad illum *mane*. Quid *ſuſpiras?*

A Brazier *for* poor *Gain* riſes *before Light*, and *the Love* of Wiſdom *cannot* awake *us*, that *we may hear* at leaſt *the Sun* calling us up *to ineſtimable* Gain. *Doctors* commonly *give not* Phyſic *but* in the Morning; *they* know *the golden* Hours, *to relieve* the Body, *do not we know them* to enrich *and* cure *the Mind?* But *if* theſe Things *have* little *Weight* with you, *hear* what *that* heavenly *Wiſdom* with Solomon *ſays*. They that *watch* for me, *ſays ſhe*, in the Morning *ſhall find* me. *In the myſtical* Pſalms *how great is* the Commendation *of the morning Time?* In the Morning *the Prophet* extols *the Mercy* of the Lord, *in the Morning* his Voice *is heard*, in the Morning *his Prayer* prevents *the Lord*. And *in Luke* the Evangeliſt, *the People* deſiring *Health* and *Inſtruction* from the Lord, *flock in* to him *in the Morning*. Why *do you ſigh?*

A. Vix

A. Vix teneo lachrymas, *cum* ſubit *quantam* jacturam *vitæ* fecerim.

I ſcare refrain from Tears, *when* I think *how great* a Waſte *of Life* I have made.

B. Eſt *ſupervacaneum* diſcruciari *ob ea*, quæ *non poſſunt* revocari, *ſed* tamen *poſſunt* ſarciri *poſterioribus curis.* Incumbe *huc* igitur *potius* quam *facias jacturam* futuri temporis *quoque* inani deploratione *præteritorum.*

It is *needleſs* to be tormented *for thoſe Things*, which *cannot* be recalled, *but* yet *may* be cured *by future Care.* Apply yourſelf *to this* therefore *rather* than *make a Waſte* of the Time to come *too* by a vain lamenting *of what is paſt.*

A. Mones *bene*, ſed *diutina* conſuetudo *jam facit me ſui juris.*

You adviſe *well*, but *long* Cuſtom *has now brought me under its Dominion.*

B. Phy! Clavus *pellitur* clavo, *conſuetudo conſuetudine.*

Puh! A Nail *is driven out* by a Nail, *Cuſtom* is overcome *by Cuſtom.*

A. At *durum eſt* relinquere *ea* quibus *diu aſſueveris.*

But *it is hard* to leave *thoſe Things* to which *you have been long uſed.*

B. Initio *quidem*, ſed *diverſa* conſuetudo *primum* lenit *eam* moleſtiam, *mox* vertit *in ſummam voluptatem*, ut *non oporteat te* pœnitere *brevis moleſtiæ.*

At the Beginning *indeed*, but *a different* Cuſtom *firſt* mitigates *that* Trouble, *by and by* turns it *into the greateſt Pleaſure*, that *you ought not* to be concerned *for a ſhort Trouble.*

A. Ve-

A. Vereor ut ſuccedat.

I am afraid it will not ſucceed.

B. Si *eſſes* ſeptuagenarius, *non retraherem* te *a ſolitis*, nunc *vix egreſſus es* decimum ſeptimum *annum*, opinor. *Quid autem eſt* quod *iſta* ætas *non poſſit* vincere, *ſi* adſit *modo* promptus *animus?*

If *you were* ſeventy Years old, *I would not take* you *off from what you were uſed to*, now *you are ſcarce paſt* the ſeventeenth *Year*, I believe. *And what is it* which *that* Age *cannot* conquer, *if* there be *but* a ready *Mind?*

A. Quidem *aggrediar*, conaborque, *ut* fiam *philologus* ex phylypno.

Truly *I will attempt it*, and endeavour, *that* I may become *a Philologer* of a Lover of Sleep.

B. Si *feceris id*, ſcio ſatis, *poſt* paucos *dies*, et *gratulaberis* ſerio *tibi*, et *ages* mihi *grates*, qui monuerim.

If *you do that*, I know well enough, *after* a few *Days*, both *you will rejoice* in earneſt *to yourſelf*, and *give* me *Thanks*, who adviſed you to it.

# COLLOQUIUM SENILE.

Euſebius, Pampyrus, Polygamus, Glycion.

Eu. QUAS *novas* aves *video* hic? *Niſi* animus *fallit* me, *aut* oculi *proſpiciunt* parum, *video* tres *veteres* congerrones *meos* confidentes, *Pampyrum*, Polygamum, *et* Glycionem.

WHAT *new* Birds *do I ſee* here? *Unleſs* my Mind *deceives* me, *or* my Eyes *diſcern* but little, *I ſee* three *old* Companions *of mine* ſitting together, *Pampyrus*, Polygamus, *and* Glycion.

Pa. Quid tibi vis *cum* vitreis *oculis*, faſcinator? *Congredere* propius *Euſebi*.

What do you mean *with* your glaſs *Eyes*, you Wizard? *Come* nearer *Euſebius*.

Po. Salve *Euſebi*, multum *exoptate*.

God ſave you *Euſebius*, much *longed for*.

Gly. Sit *bene* tibi *optime* vir.

May it be *well* with you *very good* Sir.

Eu. Una *ſalute*, ſalvete *omnes*. Quis *deus* aut *caſus* felicior *deo* conjunxit *nos*? Nam

In one *Salutation*, God ſave you *all*. What *God*, or *Chance* more lucky *than a God*, has joined *us*? For

*nemo*

*nemo* noſtrum *vidit* alium *jam* quadraginta *annis*, opinor. *Mercurius* non potuiſſet *contrahere* nos in *unum* melius *ſuo caduceo*.

*none* of us *has ſeen* another *now* this forty *Years*, I think. *Mercury* could not *have brought* us *together* better *with his Rod*.

A. Quid *agitis* hic?

What *are you doing* here?

Pa. Sedemus.

We are ſitting.

Eu. Video, *ſed* qua de cauſa?

I ſee, *but* for what Cauſe?

Po. Operimur *currum*, qui *devehat* nos *Antwerpiam*.

We are waiting for *a Coach*, that *ſhould carry* us *to Antwerp*.

Eu. Ad mercatum?

To the Mart?

Po. Scilicet; *ſed* ſpectatores *magis* quam *negotiatores*.

Yes; *but* Spectators *more* than *Traders*.

Eu. Et *nobis eſt iter* eodem. *Verum* quid *obſtat*, quo minus eatis?

And *I am travelling* to the ſame Place. *But* what *hinders* that you do not go?

Po. Nondum convenit *cum* aurigis.

We are not yet agreed *with* the Coachmen.

Eu. Difficile *genus* hominum; *ſed* viſne *ut* imponamus illis?

A hard *Kind* of Men: *But* are you willing *that* we ſhould impoſe upon them?

Po. Liberet *ſi* liceret.

It would pleaſe me *if* it could be.

| | |
|---|---|
| Eu. Simulemus *nos* velle *abire* ſimul *pedibus*. | Let us pretend *that we* will *go* together *on Foot*. |
| Po. Credant *citius* cancros *volaturos*, quam *nos* tam *grandes* confecturos *hoc* iter *pedibus*. | They would believe *ſooner* that Crabs *would fly*, than *that we* ſo *elderly* ſhould diſpatch *this* Journey *on Foot*. |
| Gl. Vultis *rectum* ac *verum* conſilium? | Would you have *right* and *true* Advice? |
| Po. Maxime. | Yes. |
| Gl. Illi *potant*, quo diutius *faciunt* id, *hoc* plus *periculi* erit, *ne ubi* dejiciant *nos* in lutum. | They *are drinking*, the longer *they do* that, *ſo much* the more *Danger* will there be, *leſt ſome where* they throw *us* into the Dirt. |
| P. Oportet venias *admodum diluculo*, ſi *velis* aurigam *ſobrium*. | You muſt come *very early*, if *you will have* a Coachman *ſober*. |
| Gl. Quo *perveniamus* maturius *Antwerpiam*, ſtipulemus *currum* nobis *quatuor* ſolis. *Cenſeo* tantillum *pecuniæ* contemnendum. *Hoc* damnum *penſabitur* multis *commoditatibus*. Sedebimus *commodius*, ac *tranſigemus* hoc *iter* ſuaviſſime *mutuis* fabulis. | That *we may come* the ſooner *to Antwerp*, let us hire *a Coach* for us *four* alone. *I think*, that ſo little *Money* is to be deſpiſed. *This* Loſs *will be made up* by many *Conveniences*. We ſhall ſit *more conveniently*, and *ſhall paſs* this *Journey* moſt ſweetly *in mutual* Stories. |

Po. Gly.

Po. Glycion *ſuadet* recte.

Glycion *adviſes* right.

Gl. Tranſegi. *Conſcendamus.* Voh! *nunc* libet *vivere*, poſteaquam *contigit* mihi *videre* ſodales *olim* cariſſimos, *ex* tanto intervallo.

I have bargained. *Let us go in.* Oh! *now* I have a Mind *to live*, after *it has happened* to me *to ſee* Companions *formerly* very dear *after* ſo long an Interval.

Eu. Ac *videor* mihi *repubeſcere*.

And *I ſeem* to myſelf *to grow young again*.

Po. Quot *annos* ſupputatis, *ex quo* conviximus *Lutetiæ?*

How *many Years* do you count it *ſince* we lived together *at Paris?*

Eu. Arbitror *non* pauciores *quadraginta* duobus.

I think *no* fewer *than forty* two.

Po. Tum *videbamur* omnes æquales.

Then *we ſeemed* all of an Age.

Eu. Ita *eramus* ferme, *aut* ſi *erat* quid *diſcriminis*, erat *perpuſillum*.

So *we were* almoſt, *or* if *there was* any thing *of Difference*, it was *very little*.

Pa. At *nunc* quanta *inæqualitas?* Nam *Glycion* habet *nihil* ſenii, *et* Polygamus *queat* videri *hujus avus*.

But *now* how great is *the Inequality*; For *Glycion* has *nothing* of old Age, *and* Polygamus *might ſeem his Grand Father*.

Eu. Profecto *ſic* res *habet*. Quid rei *in cauſa?*

Truly *ſo* the Thing *is*. What Thing *is the Occaſion?*

 Pa. Quid?

| | |
|---|---|
| Pa. Quid? *Aut* hic *ceſſavit* ac *reſtitit* in curſu, *aut* ille *antevertit*. | What? *Either* he *has loitered* and *ſtopped* in the Race, *or* the other *has outran him*. |
| Eu, Oh! *anni* non ceſſant, *quantumvis* homines *ceſſent*. | Oh! *Years* do not loiter, *how much ſoever* Men *may loiter*. |
| Po. Dic *bona* fide, *Glycion*, quot *annos* numeras? | Tell me *in good* Faith *Glycion*, how many *Years* do you reckon? |
| Gl. Plures *quam* ducatos. | More *than* Ducats. |
| Po. Quot *tandem*? | How many *at laſt*? |
| Gl. Sexaginta *ſex*. | Sixty *ſix*. |
| Po. Sed qnibus *artibus* remoratus es *ſenectutem*? Nam *neque* canities, *neque* rugoſa *cutis* adeſt. *Oculi* vigent, *ſeries* dentium *utrinque* nitet, *color* eſt *vividus*, corpus *ſucculentum*. | But by what *Arts* have you kept off *old Age*? For *neither* Hoarineſs, *nor* a wrinkled *Skin* is yet come upon you. *The Eyes* are briſk, *the Row* of Teeth *on each ſide* is neat, *the Colour* is *lively*, and the Body *full of Blood*. |
| Gl. Dicam *meas* artes, *modo* tu narres *nobis* viciſſim *tuas* artes, *quibus* acceleraſti *ſenectutem*. | I will tell *my* Arts, *ſo be* you tell *us* again *your* Arts, *by which* you haſtened on *old Age*. |
| Po. Recipio *me facturum*. Dic *igitur*, | I undertake *that I will do it*. Tell us *then*, whi- |

quo

quo *contuliſti* te *relicta* Lutetia ?

ther *did you betake* yourſelf *after you left* Paris ?

Gl. Recta *in patriam*. Commoratus *illic* fère *annum*, cœpi *diſpicere* de eligendo *genere* vitæ. *Quam* rem *ego* credo *habere* non *leve* momentum *ad felicitatem*. Circumſpiciebam *quid* ſuccederet *cuiquam*, quid *ſecus*.

Directly *into my Country*. Having ſtaid *there* almoſt *a Year*, I began *to conſider* about chooſing *a Way* of Life. *Which* Thing *I* believe *to have* no *ſmall* Moment *towards Happineſs*. I conſidered *what* ſucceeded *with any one*, what did *otherwiſe*.

Po. Miror *fuiſſe tibi* tantum *mentis*, cum *nihil* fuerit *nugacius* te *Lutetiæ*.

I wonder *you had* ſo much *Senſe*, whereas *nothing* was *more trifling* than you *at Paris*.

Gl. Tum *ætas* ferebat; *et* tamen, *o bone*, non geſſi *omnem* rem *hic* meo marte.

Then *my Age* allowed it; *and* yet, *good Sir*, I did not manage *the whole* Affair *here* by my own Conduct.

Po. Mirabar.

I wondered.

Gl Priuſquam *aggrederer* quidquam, *adii* quendam *e civibus*, grandem natu, *prudentiſſimum* longo *uſu* rerum, *et* probatiſſimum *teſtimonio* totius *civitatis*, ac *meo judicio*, feliciſſimum *etiam*.

Before *I attempted* any thing, *I went* to one *of the Citizens*, elderly, *very wiſe* by long *Experience* in Affairs, *and* very well approved of *by the Teſtimony* of the whole *City*, and *in my Judgement* very happy *too*.

Eu. S

| | |
|---|---|
| Eu. Sapiebas. | You were wiſe. |
| Gl. Uſus *hujus* conſilio *duxi* uxorem. | Uſing *his* Advice, *I married* a Wife. |
| Po. Pulchre dotatam? | With a good Fortune? |
| Gl. Mediocri *dote*: ea *res* ceſſit *mihi* plane *ex animi ſententia*. | With a moderate *Fortune*: That *Thing* fell out *to me* truly *according to my Heart's Deſire*. |
| Po. Quot *annos* natus *eras* tum? | How many *Years* old *were you* then? |
| Gl. Ferme *viginti* duos. | Almoſt *twenty* two. |
| Po. O felicem te! | O happy you! |
| Gl. Non debeo *totum* hoc *fortunæ*, ne quid erres. | I do not owe *all* this *to Fortune*, do not miſtake. |
| Po. Qui ſic? | How ſo? |
| Gl. Dicam, *alii* diligunt, *priuſquam* deligant, *ego* delegi *judicio*, priuſquam *diligerem*, et *tamen* duxi *hanc* magis *ad poſteritatem*, quam *ad voluptatem*. Vixi *cum ea* ſuaviſſime *non* plures *octo* annos. | I will tell you, *others* love *before* they chooſe, I choſe *judiciouſly*, before *I loved*, and *yet* I married *her* more *for iſſue* than *for Pleaſure*. I lived *with her* moſt pleaſantly *no* more *than eight* Years. |

Po. Re-

| | |
|---|---|
| Po. Reliquit *orbum?* | Did ſhe leave you *childleſs?* |
| Gi. Imo *duo* filii, *totidemque* filiæ *ſuperſunt.* | Nay *two* Sons, *and as many* Daughters *ſurvive her.* |
| Po. Vivisne *privatus,* an *fungeris* magiſtratu? | Do you live *a private Perſon,* or *do you bear* any Office? |
| Gl. Eſt mihi *publicum* munus. *Majora* poterant *contingere,* verum *delegi* hoc *mihi,* quod *haberet* tantum *dignitatis,* ut *vindicaret* me *a contemptu,* cæterum *minime* obnoxium *moleſtis* negotiis. *Ita* nec eſt *quod* quiſquam *objiciat* me *vivere* mihi. *Et* eſt unde dem operam *amicis* quoque *nonnunquam:* contentus *hoc* ambii *nihil* magis; *verum* geſſi *magiſtratum* ſic *ut* dignitas *accreverit* illi *ex me.* Ego *duco* hoc *pulchrius* quam *ſumere mutuo* dignitatem *ex ſplendore* muneris. | I have *a public* Office. *Greater Places* might *have fallen to me,* but *I choſe* this *for myſelf,* becauſe *it had* ſo much *of Honour,* that *it would ſecure* me *from Contempt,* but *not at all* liable *to troubleſome* Buſineſs. *So* there is no reaſon *that* any one *ſhould object* that I *live* for myſelf. *And* I have it in my Power to be ſerviceable *to my Friends* too *ſometimes:* content *with this,* I ſought *no* more: *But* I bore *my Office* ſo, *that* Dignity *accrued* to it *from me.* I *reckon* this *handſomer* than *to borrow* Dignity *from the Splendour* of an Office. |
| Eu. Nihil *verius* | Nothing *more true.* |

*Gl.* Sic *conſenui* inter *meos* cives *charus omnibus*.

Thus *I grew old* amongſt *my* Citizens *dear* to all.

*Eu.* Iſtuc *eſt* difficillimum, *cum* dictum ſit *non* abs re, *cum* qui *habet* neminem *inimicum*, nec habere *quenquam* amicum; *et* invidiam *eſſe* ſemper *comitem* felicitatis.

That *is* very hard, *ſeeing* it has been ſaid *not* without Reaſon, *that he* who *has* no body *his Enemy*, has not *any one* his Friend; *and* that Envy *is* always *the Companion* of Happineſs.

*Gl.* Invidia *ſolet* comitari *inſignem* felicitatem. *Mediocritas* eſt *tuta*. Et *hoc* fuit *mihi* perpetuum *ſtudium*, ne compararem quid mei commodi *ex incommodis* aliorum. *Ingreſſi* memet *nullis* negotiis, *ſed* præcipue *continui* me *ab his*, quæ *non poterant* ſuſcipi *ſine* offenſa *multorum*. Itaque *ſi* amicus *erit* juvandus, *benefacio* illi *ſic*, ut *parem* nullum *inimicum* mihi *hac de cauſa*. Et *ſi* quid *ſimultatis* otium fuerit *alicunde*, aut lenio *purgatione*, aut *extinguo* officiis, *aut* patior *intermori* diſſimulatione. *Abſtineo*

